

R. BIBLIOTECA  
DI SANTA CECILIA

G LIBRETTI  
N. XI 24

# G A R, ET ISMAEL IN SOLITV DINE

*Melodrama*

DOCTORIS PAVLI GINI

*CONCINENDVM*

In Sacello Ven. Archiconfraternitatis

S A N C T I S S I M I

# CRVCIFIXI

*MODVLIS EXPRESSVM*

AD. NICOLAO ROMALDO

R O M A N O.



ROMAE, Typis Jo: Francisci Buagni. MDCCX.

*Superiorum Facultate,*

## A R G O M E N T O.

**P**er compiacere Abramo à Sarra sua moglie, ed obbedire al commandamento di Dio, una mattina di buon ora discacciò di sua casa Agar serua della medesima con Ismacle suo figluolo; a questi vagando per le Solitudini di Bersabea mancò l'acqua, che nel partir di casa n'era stata consegnato un Otre pieno da Abramo: ne trovandosi per la foresta altra acqua, già l'assetato Ismael moriua di sete; Onde Agar tutta sconsolata, non soffrendole il cuore di vedere morire sotto gl' occhi il caro figlio, si risolse à condurlo sotto di un Albero come fece, apparatasi ella in luogo poco lontano à piangere la sua prole moribonda.

Mentre così piangendo, e quarelandosi stava le comparue un Angelo, che la consolò, dicendole che non temesse, perche Iddio haueua udite le voci del suo figlio, e le fece sapere, che poco disto l' istesso Iddio le mostraua un pozzo d'acqua. A' queste voci allegra, e contenta, corse subito à riuedere il figlio, e trouatolo ancora vivo lo condusse al detto pozzo di acqua, e qui gli diede il desiderato ristoro. Così nella Genesi al cap. 21.

# INTERLOCVTORES.

AGAR.

SARA.

ABRAHAM.

ANGELVS.

# PRIMA PARS.<sup>s</sup>

Sar. Vanta gaudia , quanta iubila  
Mulcent Cor , & rapiunt me .  
Quot mœrorum densa nubila  
Premunt Cor , occupant me .

Ag. Q Nox recessit ,  
à 2. Lux accessit ;  
Sar. Agar fuit delusa spe .  
Ag. Vana fuit delusa spe .  
Sar. Quanta gaudia &c .  
Ag. Quot mœrorum &c .  
Sar. Agar famula mea  
E' domo iam Abrahami  
Cum nato decessisti ;  
Affulsit tandem dies ,  
Clara dies optata ,  
Qua Sara fiat beata .  
Hinc ergo procul hinc , aliò iacentes  
Quære sub Sole terras :  
Et quorsum tendis Agar  
Proudus Amor Dei sequatur te .

Ag. Gaude iam gaude ô Sara ,  
Faustos nunc ages annos .  
Exul cum filio abiui orbata sponso  
Felix & lœta viues .  
Mihi semper in fletu , inter lamenta  
Erunt vitæ momenta .  
Amate Abraham fidelis  
Vita fruar longè à te ?

Ag. Quot mœrorum &c .  
Sar. Quanta gaudia &c .  
Ab. Agar dilecta mea ,

Ismael Ismael mi soboles cara  
Exules ab iustis gaudium vos cordis mei  
Grata pax, dulcis vita, amor, voluptas.  
Infelix & non morior  
Tanto pressus dolore?

Quis mihi dabit quis lacrymarum  
Fontes & flumina? satis ad flendum,  
Fletu ad mulcendum  
Meum Cor amarum non sunt duo lumina.

*Aug.* Abraham Abraham quid ploras,

Quo te rapuit affectus  
Agar & Ismaelis?  
Exul uterque abivit;  
Vox Dei locuta est, sic placuit Deo.

Sile Abraham, sile fletus,  
Esto lœtus,  
Ponat animus mœrem.  
Diuus Amor fortis pugnet,  
Ac expugnet  
Nati & coniugis amorem.

Sile &c.

*Ab.* Parce lugenti, parce o bone Deus:

Infirma est euim caro,  
Cor autem meum paratum  
Ad tuum semper mandatum,  
Promptus spiritus meus.  
Parce lugenti, parce o bone Deus.

Tu qui cordium sensum vides,  
Noscis & quæ pium, ac reum,  
Me nouisti, & iam mea fides  
Nota tibi, notum Cor meum.

*Ang.* O' vox Abrahao digna!  
O' viri excelsa fides,  
Nobile, grande Cor, firma voluntas!

Quam cara Deo sunt cordis dona.  
Superni Luminis,  
Iubentis Numinis  
Voces audire,  
Nutui obedire,  
O' quanta pariunt homini bona.

Quam &c.

*Sar.* Mi Deus benigne Pater  
Abivit jam abivit  
Cum nato Agar Ancilla;  
Audito vocis tuæ alto mandato  
Eiecit eam Abrahamus.

A' laude Domini  
Nunquam cessabo;  
Tuo sancto Nominis  
Semper cantabo.

*Ag.* Quæ grandis adhuc via in tot ærumnis  
Datur nobis agenda?  
Lassa trepidant membra  
Fauces arescant siti, aquis exhaustum  
Vtrem cerno; quem potum  
Præstabo tibi o Fili,  
Quid agemus? moriemur.  
Bellæ quæso indicate  
Vbi latitant aquæ;  
Deserti vos & rupes  
Venam de molli saxo  
Filio qui perit siti hodiè monstrate,

Non peto flumina, non quæro fontem  
Riuus est satis.  
Acerba tollitis à nece insontem  
Vndam si datis.  
Sed heù heù me infelicem!  
Aqua murmur non audio,

A 4

Et

Et riuum non video;  
Supplex lugens ad te manus extollo  
Bone Superne Deus,  
Tu fons aquæ perennis  
Largire morienti aquas vitales,  
Qui cuncta dona gratis.

Non peto flumina non quæro fontem  
Riuus est satis.

*Ang.* Agar Agar ad Cœlum,  
Ad Cœlum oculos verte  
Valebit enim Deus  
Vnico oris sui spiritu afflante  
De petra suscitare  
Fluenta, & aquas dare.

Vt quid mulier lacrymaris  
Anxio corde nunc tristaris  
Noli flere  
Nec dolere  
Mane firma in Celi spe.  
Ne dilectus tuus intereat  
Cedat fato siti percusat  
Saxa, & montes  
Dabunt fontes  
Aquæ fluent largæ ad te.

*FINIS PRIMÆ PARTIS.*

## SECVNDÆ PARŚ.

*Ag.*

**Q**Væ gemebunda vox, flebilis clamor  
Aures nunc feriunt meas?  
Pueri vox illa est, vox pueri mei;  
Tu ploras fili, & clamas  
Aquæ libamen petens;  
Sed care fili care  
Vacuus est vteriam, in eo relicta  
Levi nequidem stilla.  
Quam lacrymabilis,  
Inexorabilis  
Infelix puer tua cruda fors!  
Omnia momenta  
Pro te tormenta  
Incedunt pariles & vita & mors. Quam &c.

*Ag.* Abraham Abraham vbi es?

Quam longa nos à te dirimit via;  
Quanta nos vrgent mala.  
Peribit quidem siti vnicus meus,  
Opem si negat Deus.  
Peribit peribit  
Sub oculo meo,  
Donante si Deo  
Mox aquam non babit.

*Ab.* Agar mea, care nate

Vbi gentium vos estis!  
Premit ne dura fors, fauet amica?  
In Deo si speratis  
Nil mali timeatis.  
Non iam non peribit  
Qui nititur Deo,

Qui

Qui sperat in eo  
Confusus non ibit.

*Ag.* Peribit peribit.

*Ab.* Non iam non peribit.

*Ang.* Agar Agar ancilla

Sitientem Ismaelem

Ne timeas peritum;

Tanquillo viuas corde o mulier fortis;

In igne aurum probatur,

Fides & in aduersis

Auro pretiosa magis aestimatur.

Non crudele ut tonat Cœlum

Sempre telum

Cadit iam fumantis iræ;

Cor fidele in Deo confitum

Non fuit visum

Fame ac siti vñquam perire.

*Sar.* Silete omnes silete;

Dilectus meus dormit,

Dulci dormit quiete.

Silete omnes silete.

Dormi puer, dormi nate,

Cœli fœtus plusquam meus,

Quem immensa sui pietate

Mihi potens dedit Deus.

Blande pupule care

Eiecta ancilla & nato

Erunt ubique nobis

Mundi serena fax, & lœta dies,

Cordis amica pax & alma quies.

*Ag.* Usquequò non exaudies

Magne Deus clementia?

Audi preces exaudi

Clamantis pueri, & flentis

Meas non vis audire, audi innocentis.

Sed heu heu quid aspicio!

Iam virtus, Ismael, tua clangens cadit,

Frontis nitor iam fugit,

Ora genæque pallent,

Turbatur lux, mors in propinquo pulsat.

Si videro te mori, & moriar ego;

Sub arbore te ponam;

Moriente non video,

At sedens contra te clamabos, & flebo.

Eia puer eamus ad mortem:

Brachia extende;

Meque apprehende,

Iunge manus collo meo.

Soli te commendo Deo:

Tremens quatitur

Cor, nec patitur

Tuam videre durissimam sortem.

Eia puer &c.

*Sar.* Cur gemis Isäac mi gaudie, ac exulta

O' quanta dare tibi

Magnus iurauit Deus.

Vocaberis ille

Dilectus,

Electus

Tu filius & hæres;

Nec proles ancillæ

Consortem

Tuam sortem

Tenebit cohæres.

*Ag.* Ecce fatalis arbor

O' miseranda proles.

Hic te depono, hic iace, hic mori expecta;

Extrema interim sume

Oscula genitricis;  
Ego discedo iam discedo (hēū dolor)  
A<sup>r</sup>te non amplius vita  
Dulcis mea, sed mors pœna infinita.

Vos astra Cœli meo Ismaeli  
Lumen ferale  
Vt fato cessit parate accendite;  
Neque seueræ sitis ò ferg,  
Corpus mortale  
Benignæ ac piæ humi recondite.

*Ang.* Vt quid relicta prole Agar discedis  
Illacrymans & gemens!  
Voce clamas amara  
Magni consilij Dei prorsus ignara.  
O' si tu scires, & nunc videres  
Quæ modo nouit, & videt Deus.  
Non hinc abiros, neque lugeres:  
Quam dulcis foret hic sermo meus.

*Ab.* Quæ curæ tristes curæ  
Grauant senile Cor, excrustant mentem?  
Vivet ne Agar cum nato?  
Per loca inuia, deserta ibunt securi  
Belluas inter crudeles;  
Esurient, sient, lassi ærumnas ferent?

*Sar.* Adhuc inœstus ac plorans  
De puero & ancilla Abraham turbaris?  
Vbi firma tua fides?  
Amor meus, Amor Isaac?

Mandato Dei reclamas;

Abraham nos tu non amas?

*Ab.* Dei mandatum adoro  
Feruet amore pectus  
Geminus torquet me cordis affectus.

*Sar.* Feriant te sagittæ Amoris

Ama Saram, ama filium

*Ab.* Sentio iam vulnera Amoris;  
Amo Saram, amo filium.

*Sar.* Non fit curæ, non fit doloris  
Nati & Agari iustum exilium.

*Ab.* Mihi est curæ mihi est doloris  
Nati & Agar durum exilium.

*Ag.* Mortuus es fili mi, mea lux extincta?  
Non vidi morientem,  
Mortuum lugeo te nunc solo iacentem  
Fundite lacrymas dolentes oculi.

*Ismael amabilis*  
Et adorabilis  
Raptus est funere,  
Quia caruit munere  
Miser & profugus vitalis poculi.  
Fundite lacrymas dolentes oculi.

*Ang.* Agar Agar quid agis,  
Gaude noli timere  
Vocem pueri, ubi est, audiuit Deus;  
Sermo videtur meus  
Fortè non dignus fide?  
Surge Agar veni & vide,  
Vide, mox curre ad natum,  
Ad puteum duc aquarum,  
Quem tibi nunc ostendit;  
Hauri aquas, utrem imple,  
Propina morienti, & Ismael viuat.

Viuat Ismael viuat, viuat  
Non vult Deus pueri mortem.  
Adolescet,  
Vir senescet,  
Arcum tendens

At-

Atque ostendens  
Cordis robur , manum fortē .

Viuat &c.

*Ag.* Qui dulcis & iucundus  
Resonat Cœlo sonus ?  
Delira somniat mēns , falluntur aures ?  
Vera ne defert mihi  
Superni Aliger Poli ?  
Surgo iam lœta surgo ,  
Luces hinc indē vertō : en puteus aquæ .  
Curro propero & volo .  
Redeo ad te fili mi , vtinam viuas .  
Ismael care tu viuis ;  
O' mea benigna fors  
Quia te non rapuit mors .  
Siste lacrymas molles  
O' rediuiue ò fortis  
Inclit e victor mortis .  
Surge venit triumphans Athleta  
Sicut ceruus exilens per montem ,  
Veni ad aquas , curramus ad fontem  
Nostrī fletus dulcissima meta .

Surge &c.

Ad tanta cordis gaudia  
Cesset luctus & clamor .  
Mortem si non obiuit filius meus  
Grates rependo tibi ,  
Munera tua sunt ò magne Deus .

*Ang.* Disce mortalis disce  
Prouidi amoris Iudum ;  
Caræ quām Deo sint , valcent & preces ,  
Quem vitæ pariant fructum  
Semina lacrymarum .

Post

Post fugatos Cœli horrores  
Suos nitores  
Astra pandunt plus lucentia .  
Cūm videtur iam remota  
Tunc fit nota  
Dei suavis PROVIDENTIA .

F I N I S .

